

O L E A
per
INFUSIONEM et DECOCTIONEM.

OLEUM HYPERICI.

- ℞. Florum hyperici, in petala plene expansorum, recentium, et a calicibus diligenter separatorum, ꝑ. uncias quatuor,
Olei olivarum ꝑ. libras duas.

O L E U M floribus affunde, et stent simul, donec oleum bene tingatur.

OLEUM e MUCILAGINIBUS.

- ℞. Radicum althææ recentium ꝑ. libram dimidiam,
Seminum lini,
foeni Græci, singulorum ꝑ. uncias tres,
Aquæ ꝑ. libras duas,
Olei olivarum ꝑ. libras quatuor.

RADICES et femina contusa in aqua per horam dimidiam lente coquantur; tum adde oleum, et recoque, donec aqua penitus sit absumpta; denique oleum caute effundatur.

OLEUM SAMBUCINUM.

- ℞. Florum sambuci ꝑ. libram unam,
Olei olivarum ꝑ. libras duas.

FLO-

FLORES in oleo coque, donec fere crispentur; tum oleum exprime, et sepone, ut faeces subsidant.

OLEUM VIRIDE.

℞. Foliorum recentium lauri,
ruta,
majoranae,
absinthii maritimi,
chamæmeli, singulorum
p. uncias tres,

Olei olivarum m. libras duas.

HERBAE contusæ leniter in oleo coquantur, donec crispæ fiant; deinde exprimatur oleum, et, postquam faeces subsederint, effundatur.

EMPLASTRA.

EMPLASTRUM ex AMMONIACO

cum

MERCURIO.

℞. Gummi ammoniaci colati p. libram unam,
Argenti vivi p. uncias tres,
Balsami sulphuris simplicis p. drachmam unam.

ARGENTUM vivum cum balsamo sulphuris tere, donec omnino apparere desinat; deinde adde paulatim ammoniacum liquefactum, paulo antequam refrixerit, et accurate misceantur.

EM.